Verruca ſeu Balanus marinus mediocris ê teſtulis oblongis anguſtioribus iſoſcelæis conflatus, quarum fibrillæ minimæ ſecundum longitudinem extenſæ clarè apparent, cum ſuâ teſtâ ſubditia A. partem Balani ſuperiorem internè muniente, ac operculum ſuſtinente donatus, ore anguſtiore, ac ovali ſubflaveſcentis coloris.

Verruca, ſeu Balanus marinus mediocris tintinabuliformis, ê teſtulis latioribus triangularibus, ac quaſi æquilateris conflatus ore ampliore rhomboidali dilutè cinerei coloris, cum uno rupto, B. ut teſta ſubditia A. appareat. C. Baſis ſola, ut fibrillæ clariùs conſpicuæ evadant.
D. Veſtigium ligno impreſſum, cui Balanus inhærebat.



Cortex ligneus verruculis, ſeu Balanis marinis minoribus tintinabuliformibus undique obſitus.
Verruculæ, ſeu Balani marini minimi maioribus externè adhærentes.